

93 quotations attributed to Auctor libelli de formula honeste vite in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 6: De iustitia et iudicio dei (fol.2vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 6. et finali quod est epilogus. **In regno dei non est distinctio quis esset in seculo laicus aut clericus: diues aut pauper: iunior aut senior: seruus aut dominus: sed vnusquisque secundum meritum boni operis perpetuo coronabitur gloria.**

Igitur sicut omnibus aequaliter regni Dei predicata est beatitudo, ita omni sexui, aetati et persone aequaliter secundum meritorum dignitatem regni Dei patet introitus. Ubi non est distinctio, quis esset in seculo laicus vel clericus, dives vel pauper, iunior vel senior, servus vel dominus, sed unusquisque secundum meritum boni operis perpetua coronabitur gloria.

Flaccus Albinus Alcuinus, *Epistolae*, 305 (MGH Epp.4, E. Dümmler ed., 1895, p.465, ll.5-9).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 10: De charitate hominis ad deum (fol.4rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 5. **Amabis deum si illum in hoc imitaberis vt velis omnibus prodesse nulli nocere: et tunc te iustum virum appellabunt omnes. Sequentur venerabuntur et diligent: sicque merito iustus appellaberis.**

Amabis enim deum, si illum in hoc imitaberis, ut uelis omnibus prodesse, nulli nocere et tunc te iustum uirum appellabunt omnes, sequentur, uenerabuntur et diligent. Iustus enim ut sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.292, ll.6-10).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 19: De charitate religiosa hominis ad proximum (fol.7rb):

Auctor libelli de formula honestatis vite. **Amabis deum: si illum in hoc imitaberis: vt velis omnibus prodesse nulli nocere: et tunc te iustum virum appellabunt omnes: sequentur venerabuntur et diligent: sicque merito iustus appellaberis.**

Amabis enim deum, si illum in hoc imitaberis ut uelis omnibus prodesse, nulli nocere; et tunc te iustum uirum appellabunt omnes, sequentur, uenerabuntur et diligent. Iustus enim ut sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis.

Martinus Bracarenis, *Formula uitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.292, ll.6-10).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum (fol.11ra-rb):

Auctor libelli de formula honestatis capitulo 7. et finali quod est epilogus: **In regno dei non est distinctio quis esset in seculo laicus aut clericus: diues aut pauper: iunior aut senior: seruus aut dominus: sed vnusquisque secundum meritum boni operis perpetua coronabitur gloria.**

Igitur sicut omnibus aequaliter regni Dei predicata est beatitudo, ita omni sexui, aetati et persone aequaliter secundum meritorum dignitatem regni Dei patet introitus. Ubi non est distinctio, quis esset in seculo laicus vel clericus, diues vel pauper, iunior vel senior, servus vel dominus, sed unusquisque secundum meritum boni operis perpetua coronabitur gloria.

Flaccus Albinus Alcuinus, *Epistolae*, 305 (MGH Epp.4, E. Dümmler ed., 1895, p.465, ll.5-9).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (fol.24vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 5. **Quid est iustitia nisi nature tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta. Quid est iustitia nisi nature constitutio seu lex diuina et vinculum societatis humane. Quisquis iustitiam sectari desideras time deum prius et ama: amaris a deo. Amabis deum si illum in hoc imitaberis: vt velis omnibus procedere nulli nocere: et tunc te iustum virum appellabunt omnes: sequentur venebuntur et diligent: sicque merito iustus appellaberis. Iustus vt sis non solum non nocebis: sed etiam nocentem prohibebis.**

Quid est autem iustitia nisi naturae tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta? Et quid est iustitia nisi nostra constitutio, sed diuina lex, et vinculum societatis humanae? In hac non est quod aestimemus quid expediat. Expediet quicquid illa dictauerit. Quisquis ergo hanc sectari desideras, time prius deum et ama deum, ut amaris a deo. Amabis enim deum, si illum in hoc imitaberis, ut uelis omnibus prodesse, nulli nocere et tunc te iustum uirum appellabunt omnes, sequentur, uenerabuntur et diligent. Iustus enim ut sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.290/292, ll.1-10).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb):

Auctor libelli formula honeste vite capitulo 5. **Amabis deum: si illum in hoc imitabis vt velis omnibus prodesse nulli nocere: et tunc te iustum virum appellabunt omnes: sequentur venerabuntur et diligent: sicque merito iustus appellaberis. Iustus vt sis non solum non nocebis: sed etiam nocentes prohibebis.**

Amabis enim deum, si illum in hoc imitaberis, ut uelis omnibus prodesse, nulli nocere et tunc te iustum uirum appellabunt omnes, sequentur, uenerabuntur et diligent. Iustus enim ut sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis.

Martinus Bracarenensis, *Formula uitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.292, ll.6-10).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 9: De errore et facti et erronea estimatione (fol.28va):

Auctor de formula honeste vite capitulo 4. **Errori facile veniam dato.**

Et errori facile ueniam dato.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.48-49).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non recedas a vero.**¹ Capitulo 5. **Nihil tibi intersit an affirmes an iures: de religione ac fide agi scias vbicunque de veritate tractatur. Si aliquando coarteris vti mendacio: vtere non ad falsi: sed ad veri custodiam. Si contigerit fidelitatem mendacio redimi: non mentieris: sed potius excusabis.**²

1. Sed cogitatio tua stabilis et certa siue deliberet siue quaerat siue contempletur non recedat a vero.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.30-31).

2. Nihil tibi intersit an firmes an iures: de religione et fide scias agi ubicumque de ueritate tractatur. Nam etsi iureiurando deus non inuocetur -etiam non inuocanti testis est- tamen non transies ueritatem, ne iustitiae transeas legem. Quod etsi aliquando coarteris uti mendacio, utere non ad falsi, sed ad ueri custodiam, et si contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, sed potius excusabis, quia ubi honesta causa est iustus secreta non prodet.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.292/294, ll.14-21).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Cum consideratione promitte: plenius quam promiseris presta.**¹ 5. capitulo. **Nihil tibi intersit an affirmes an iures: de religione ac fide agi scias vbicumque de veritate tractatur. Si contigerit fidelitatem mendacio redimi: non mentieris sed potius excusabis.**²

1. Cum consideratione promitte, plenius quam promiseris praesta.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.36-37).

2. Nihil tibi intersit an firmes an iures: de religione et fide scias agi ubicumque de ueritate tractatur. Nam etsi iureiurando deus non inuocetur -etiam non inuocanti testis est- tamen non transies ueritatem, ne iustitiae transeas legem. Quod etsi aliquando coarctaris uti mendacio, utere non ad falsi, sed ad ueri custodiam, et si contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, sed potius excusabis, quia ubi honesta causa est iustus secreta non prodet.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.292/294, ll.14-21).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 4: De adulatione blandimento et assentione (fol.32vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. Adulatores deuita. **Difficillimum continentie opus est assentationes adulantium repellere quorum sermones animum quadam voluptate resoluunt. Nullius per assentationem amicitiam merearis: nec hanc promerendi a te aditum aliis pandas. Non acerba sed blanda verba timebis.¹ Cunctis esto benignus: nemini blandus.²**

1. Difficillimum continentiae opus est assentationes adulantium repellere, quorum sermones animum quadam uoluptate resoluunt. Nullius per assentationem amicitiam merearis nec hunc promerendi ad te aditum aliis pandas. Non eris audax, non adrogans. Submittes te, non proicies, grauitate seruata. Admoneberis libenter, reprehenderis patienter. Si merito te obiurgauit aliquis, scito quia profuit, si immerito, scito quia prodesse uoluit. Non acerba, sed blanda uerba timebis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.286/288, ll.38-46).

2. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus aequus.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.58-59).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Non tibi affingas quod non es: nec quod es magis quam es velis videri.**

Non tibi affingas quod non eris, nec quod es maius quam es uideri uelis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.284, ll.16-17).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 6: De apparentia existentia et hypocrisi (fol.33vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Dignitatem rebus non opinione multorum sed ex earum natura constituas. Sunt que non videntur bona esse et sunt: et que videntur et non sunt.**¹ **Non omne quod verisimile est: statim et verum est. Sicut etiam sepius quod primum incredibile videtur: non continuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacii veritas tenet: et crebro mendacium specie veritatis occultatur.**²

1. Quisquis ergo prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte uiues, si omnia prius aestimes et perpenses et dignitatem rebus non ex opinione multorum, sed ex earum natura constituas. Nam scire debes quia sunt quae non uideantur bona esse et sunt, et sunt quae uideantur et non sunt.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.272, ll.1-5).

2. Nihil affirmes, quia non omne quod uerisimile est statim et uerum est, sicut et saepius quod primum incredibile uidetur non continuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacii ueritas retinet, crebro mendacium specie ueritatis occultitur.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.14-17).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Prudens falli non potest: nec fallere vult.**

Prudens fallere non uult, falli non potest.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.26-27).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.35ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Rumoribus criminum et suspicionibus minime sis credulus: sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepunt oppositi simus.**

Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarenis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.36ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Id opta quod optari coram omnibus potest.**

Id quaere quod potest inueniri, id disce quod potest sciri, id opta quod optari coram omnibus potest.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.278, ll.50-52).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Paucis esto familiaris: omnibus equus.**

Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus aequus.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.58-59).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Nullius per assentationem amiciciam merearis. Nec hanc promerendi a te aditum aliis pandas.**

Nullius per assentationem amicitiam merearis nec hunc promerendi ad te aditum aliis pandas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.286, ll.40-42).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De susurratione et seminatione discordiarum (fol.44vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Neminem susurro appetas: neminem effodias.**

Neminem susurro appetas, neminem suffodias: palam egredere.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 3 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.8-9).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De contentionibus (fol.45ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Contendenti facile cede: nec iniurgia disceptationesque descendas.**

Requirenti facile responde, contendenti facile cede, nec in iurgia disceptationesque descendas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.50-52).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Non in iurgia disceptationesque descendas.**

Requirenti facile responde, contententi facile cede, nec in iurgia disceptationesque descendas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.50-52).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Cum desideratione promitte: plenius quam promiseris presta.**

Cum consideratione promitte, plenius quam promiseris praesta.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.36-37).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 9: De placiditate et ferocitate regis et iudicis (fol.57va-vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 8. **Seuerior esto iudicio quam sermone: vita quam vultu.**

Seuerior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 13: De facti probatione et testimonio (fol.58va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Testimonium veritati non amicitie reddas.**

Testimonium ueritati, non amicitiae reddas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.35-36).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.58vb):

Auctor libro de formula honeste vite capitulo 4. **Rumoribus criminum et suspicionibus minime sis credulus: sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus surrepunt oppositissimus.**

Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.59vb-60ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Errori facile veniam dato.**

Et errori facile ueniam dato.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.48-49).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 19: De seueritate seu rigore et crudelitate seu seuitia (fol.60rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Seuerior esto iudicio quam sermone: vita quam vultu: vltor clemens: seuitie detestator.**

Seuerior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuities detestator,
famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus,
suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad
nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus,
in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum,
uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarenensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021,
pp.288/290, ll.59-67).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 8: De dubio (fol.62vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **De dubiis non diffinias: sed suspensam tene sententiam.**

De dubiis non definias sed suspensam tene sententiam.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.13-14).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (fol.64vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Prudens falli non potest: non fallere vult.**

Prudens fallere non uult, falli non potest.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.26-27).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione (n.p. fol.2ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Tunc per rationem recte viues si omnia prius estimes et perpenses.**¹ **Prudentis proprium est consilia examinare: et non cito facili credulitate ad falsa prolabi.**² **Si prudens esse cupis in futura prospectum intende: et que possunt contingere animo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit sed totum ante prospicias: nam qui prudens est non dicit non putauit hec fieri: quia non dubitat sed expectat: nec suspicatur: sed cauet.**³ **Presentia ordina: futura preuide: preterita recordare. Nam qui nihil de preterito cogitat: perdit vitam. qui nihil de futuro premeditatur in omnia cautus incedit. Prepone in animo tuo et mala futura et bona: vt illa sustinere possis: et ista moderari.**⁴

1. Quisquis ergo prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte uiues, si omnia prius aestimes et perpenses et dignitatem rebus non ex opinione multorum, sed ex earum natura constituas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.272, ll.1-3).

2. Prudentis proprium est examinare consilia et non cito facili credulitate ad falsa prolabi.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.12-13).

3. Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende et quae possunt contingere, animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totum ante prospicies. Nam qui prudens est non dicit: "Non putauit hoc fieri", quia non dubitat, sed exspectat, nec suspicatur, sed cauet.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.20-23).

4. Si prudens es, animus tuus tribus temporibus dispensetur: praesentia ordina, futura praeuide, praeterita recordare. Nam qui nihil de praeterito cogitat perdit uitam, qui nihil de futuro praemeditatur in omnia incautus incedit. Prepone autem animo et mala futura et bona, ut illa sustinere possis, ista moderare.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.20-23).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (n.p. fol.3rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Prudentis proprium est consilia examinare: et non cito facili credulitate ad falsa prolabi.**

Prudentis proprium est examinare consilia et non cito facili credulitate ad falsa prolabi.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.12-13).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione (n.p. fol.5ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Cum initiaueris: exitus cogitabis.**

Cuiuscumque facti causam require: cum initia inueneris, exitus cogitabis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.24-25).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione (n.p. fol.5va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Cuiuscumque facti causam requiras.**

Cuiuscumque facti causam require: cum initia inueneris, exitus cogitabis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.24-25).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 11: De pocioritate qualitatis et quantitatis (n.p. fol.5vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non quam multis: sed quibus placeas cogita.**

Non te moueat dicentis auctoritas, nec quis, sed quid dicat intendito, nec quam multis, sed quilibus placeas cogita.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.278, ll.49-50).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 2: De auctoribus scientiarum et libris eorum (fol.65vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non te moueat dicentis auctoritas: nec quis sit: sed quid dicat intendito.**

Non te moueat dicentis auctoritas, nec quis, sed quid dicat intendito, nec quam multis, sed qualibus placeas cogita.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.278, ll.49-50).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Docentium esto tacitus auditor.**¹ **Que nosti sine arrogantia postulanti impericies.**²

1. Dicentium esto tacitus auditor, adeuntium promptus receptor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.49-50).

2. Quae nosti sine adrogantia postulanti imperities.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.290, l.70).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Amonebis libenter. Si merito te obiurgauerit aliquis scito quod profuit. si immerito scito quod prodesse voluit. Non esto acerbus reprehensor: sed sine exprobratione corrector: ita vt admonitionem hilaritate preuenias. Errori facile veniam dato.**

Admoneberis libenter, reprehenderis patienter. Si merito te obiurgauit aliquis, scito quia profuit, si immerito, scito quia prodesse uoluit. Non acerba, sed blanda uerba timebis. Esto uitiorum fugax ipse, aliorum uero neque curiosus scrutator neque acerbus reprehensor, sed sine exprobratione corrector, ita ut admonitionem hilaritate praeuenias. Et errori facile ueniam dato.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.286/288, ll.43-49).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 5: De increpatione et reprehensione (fol.68ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Reprehenderis patienter. Si merito te obiurgauerit aliquis scito quod profuit. si immerito scito quod prodesse voluit. Non esto acerbus reprehensor.**

Admoneberis libenter, reprehenderis patienter. Si merito te obiurgauit aliquis, scito quia profuit, si immerito, scito quia prodesse uoluit. Non acerba, sed blanda uerba timebis. Esto uitiorum fugax ipse, aliorum uero neque curiosus scrutator neque acerbus reprehensor, sed sine exprobratione corrector, ita ut admonitionem hilaritate praeuenias.

Martinus Bracarenensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.286/288, ll.43-48).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69rb-va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Docentium esto tacitus auditor.**¹ **Sapientie cupidus esto et docilis. Que nescis sine occultatione ignorantie tibi postula impertiri.**²

1. Dicentium esto tacitus auditor, adeuntium promptus receptor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.49-50).

2. Rari sermonis ipse, sed loquacium patiens, seuerus ac serius, sed hilares non aspernans, sapientiae cupidus et docilis. Quae nosti sine adrogantia postulanti imperties. Quae nescis sine occultatione ignorantiae tibi postula impertiri.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.290, ll.68-71).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74ra):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 2. **Prudens nunquam ocio marcet animum aliquando remissum habet: nunquam solutum.**

Nam prudens nunquam otio marcet. Animum aliquando remissum habet, nunquam solutum.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.278, ll.43-45).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74vb):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 4. **Rari sermonis esto: sed loquatium patiens.**

Rari sermonis ipse, sed loquatium patiens, seuerus ac serius, sed hilares non aspernans, sapientiae cupidus et docilis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.290, ll.68-70).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 3: Quando sit loquendum (fol.75va):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 4. **Requirenti facile responde.**

Requirenti facile responde, contententi facile cede, nec in iurgia disceptationesque
descendas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288,
ll.50-52).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 4: De interrogationis et responsionis prudentia (fol.75vb):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 2. **De dubiis non diffinias: sed suspensam tene sententiam. Nihil in expertum affirmes: quia non omne quod verisimile est: statim et verum est: sicut etiam sepius quod primum incredibile videtur non continuo falsum est.**¹
Oppiniones tue iudicia sint.² 4. capitulo. **Obserua ne in conuiuio nec in qualibet vite communitate quos imitaris damnare videaris.**³

1. De dubiis non definias sed suspensam tene sententiam. Nihil affirmes, quia non omne quod uerisimile est statim et uerum est, sicut et saepius quod primum incredibile uidetur non continuo falsum est.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.13-16).

2. Opiniones tuae iudicia sint.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, l.27).

3. Obserua ne in conuiuio uel in qualibet uitae communitate quos non imitaberis damnare uidearis.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.282, ll.7-8).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 7: De circumscriptione prolocutionis aliene malignitatis (fol.76va):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 5. **Nisi honesta causa est iustus secreta non pandit: tacenda enim tacet. loquenda loquitur: atque ita illi alta pax est et segura tranquillitas.**

Quod etsi aliquando coarctis uti mendacio, utere non ad falsi, sed ad ueri custodiam, et si contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, sed potius excusabis, quia ubi honesta causa est iustus secreta non prodet. Tacenda enim tacet, loquenda loquitur; atque ita illi alta pax est et segura tranquillitas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 5 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.292/294, ll.18-23).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 9: De secretis tacendis et celandis et propalatione eorum (fol.77rb):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 2. **Sermo tuus non sit inanis: sed aut suadeat: aut moneat: aut consoletur: aut precipiat.**¹ **Sermones vtilis magis quam facetos et affabiles ama rectos potius quam obsecundantes.**²

1. Sermo quoque tuus non sit inanis, sed aut suadeat aut moneat aut consoletur aut precipiat.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.31-32).

2. Sermones utiles magis quam facetos et affabiles ama, rectos potius quam obsecundantes.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.284, ll.23-25).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 10: Cum quibus sit loquendum (fol.77va):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 3. **A verbis turpibus abstineto: quia licentia eorum impudentiam nutrit.**

A uerbis quoque turpibus abstineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.284, ll.22-23).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85vb-86ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non tibi dabis impetus liberos: sed circumspecies quo eundum sit vel quousque.**¹ 4. capitulo. **Continentiam si diligis circuncide superflua et in artum desideria tua constringe.**² **Nec extollas quemquam nec deicias.**³

1. Tunc te uelut in lubrico retinebis ac sistes nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspecies quo eundum sit vel quousque.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.54-56).

2. Continentiam uero si diligis, circuncide superflua et in artum desideria tua constringe.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.282, ll.1-2).

3. Nec extollas quemquam nec deicias.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, l.49).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.87vb-88ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Prout rerumque temporum varietas exigit: ita te accomodes tempori: nec te in aliquibus mutes: sed potius aptes.**

Si prudentiam amplecteris, ubique idem eris et prout rerum uarietas exigit, ita te accomodes tempori nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes, sicut manus quae eadem est et cum in palmam extenditur et cum in pugnum adstringitur.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.272/274, ll.8-12).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 10: De repentinis seu subitis actibus (fol.88vb):

Auctor libri de formula honeste vite capitulo 2. **Nihil tibi subitum sit: sed totum ante prospicias.**

Nihil tibi subitum sit, sed totum ante prospicies.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.274, ll.21-22).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non que apud te habes tanquam aliena seruabis: sed pro te tanquam tua et dispones et utaris.**

Quaecumque autem ex rebus transitoriis possides, non mireris nec magni aestimes quod caducum est nec apud te quae habes tanquam aliena seruabis, sed pro te tanquam tua et dispones et utaris.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.272, ll.5-8).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 15: De fruitione pecunie (fol.95rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non que apud te habes tanquam aliena seruabis: sed pro te tanquam tua et dispones et vtaris.**

Quaecumque autem ex rebus transitoriis possides, non mireris nec magni aestimes quod caducum est nec apud te quae habes tanquam aliena seruabis, sed pro te tanquam tua et dispones et utaris.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.272, ll.5-8).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non eris arrogans.**¹ **Que nosti sine arrogantia postulanti imparties.**²

1. Non eris audax, non adrogans.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.286, l.40).

2. Quae nosti sine adrogantia postulanti imperities.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.290, l.70).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 5: De presumptione seu fiducia sui falsa (fol.98va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non altiori rei te imponas in qua statim tibi ascendenti tremendum: descendenti cadendum sit.**

Nec altiori te rei imponas in qua stanti tibi tremendum, descendenti cadendum sit.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.278, ll.52-53).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Lauda parce: vitupera parcius: nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio quam immoderata vituperatio. illa siquidem adulatione: ista malignitate suspecta est.**¹ **Non quam multis: sed qualibus placeas cogita.**² 4. capitulo. **Sit tam triste tibi laudari a turpibus ac si lauderis ob turpia.**³ **Nec extollas quemquam nec deicias.**⁴

1. Lauda parce, vitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio quam immoderata culpatio; illa siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.32-35).

2. Non te moueat dicentis auctoritas, nec quis, sed quid dicat intendito, nec quam multis, sed qualibus placeas cogita.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.278, ll.49-50).

3. Si continens es, adulationes evita sitque tibi tam triste laudari a turpibus quam si lauderis ob turpia.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.286, ll.35-37).

4. Nec extollas quemquam nec deicias.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, l.49).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.101vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Fame bone esto: neque tue semiator: neque aliene inuidus.**

Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.102vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Uane glorie sis contemptor.**

Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarenis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 8: De risu apto atque inepto (fol.106ra):

Auctor libelli formula honeste vite capitulo 8. **Reprehensibilis risus est si immodicus et si pueriliter effusus. Odibilem facit hominem risus: aut superbus: aut elacus: aut malignus: aut furtiuus: aut alienis malis euocatus.**¹ **Risus sine chachino sit.**²

1. Nam reprehensibilis risus est, si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. Odibilem quoque hominem facit risus aut superbus et clarus aut malignus et furtiuus aut alienis malis euocatus.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.284, ll.26-29).

2. Sales tui sine dente sint, ioci sine uilitate, risus sine cachinno, uox sine clamore, incessus sine tumultu.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.286, ll.32-34).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 9: De ludo et requie seu ocio laudabili (fol.106va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non semper in actu sis: sed interdum animo tuo requiem dato.**¹ 4. capitulo. **Miscebis interdum seriis iocos: sed temperatos: et sine detrimento dignitatis ac verecundie.**² **Quies sine desidia sit.**³

1. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, sed requies ipsa plena sit sapientiae studiis et cogitationibus bonis.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.276, ll.41-43).

2. Miscebis interdum seriis iocos, sed temperatos et sine detrimento dignationis ac uerecundiae.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.284, ll.25-26).

3. Quies tibi non desidia erit et cum ab aliis luditur tu sancti aliquid honestique tractabis.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.286, ll.34-35).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 13: De continentia et incontinentia cupiditatum et voluptatum (fol.108ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 2. **Non tibi dabis liberos: sed circumspecies quo eundum sit vel quousque.**¹ 4. capitulo. **Continentiam si diligis circuncide superflua: et in artum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura appetat: non quantum cupiditas poscat. Impone concupiscentie frenum: omniaque blandimenta que occulta voluptate animum trahunt recide.**²

1. Tunc te uelut in lubrico retinebis ac sistes nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspecies quo eundum sit uel quousque.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.54-56).

2. Continentiam uero si diligis, circuncide superflua et in artum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura poscat, non quantum cupiditas expetat. Si continens fueris, usque eo peruenies ut te ipso contentus sis. Nam qui sibi ipse satis est cum diuitiis natus est. Impone concupiscentiae frenum omniaque blandimenta quae occulta uoluptate animum trahunt reice.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.282, ll.1-6).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.109ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Ede citra edulitatem. bibe citra ebrietatem. Uictus tibi ex facili sit: nec ad voluptatem: sed ad cibum excede. Palatum tuum fames excitet non sapor.**¹ **Non erit tibi scurrilitas: sed grata urbanitas.**²

1. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Obserua ne in conuiuio uel in qualibet uitae communitate quos non imitaberis damnare uidearis. Nec praesentibus deliciis inhaerebis nec desiderabis absentes. Victus tibi ex facili sit, nec ad uoluptatem, sed ad cibum accede. Palatum tuum fames excitent, non sapor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.282, ll.6-11).

2. Non erit tibi scurrilitas, sed grata urbanitas.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.286, l.32).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Magnanimitas que et fortitudo dicitur si insit animo tuo cum magna fiducia uiues liber intrepidus et alacer. Magnum animi bonum est. non timere: sed constare sibi: et finem huius vite intrepidus expectare.**¹ 4. capitulo. **In aduersis sis firmus in prosperis cautus et humilis.**²

1. Magnanimitas uero, quae et fortitudo dicitur, si insit animo tuo, cum magna fiducia uiues liber, intrepidus, alacer. Magnum humani animi bonum est non tremere, sed constare sibi et finem huius uitae intrepidus exspectare.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 3 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.1-4).

2. Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119rb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Mobilis esto non leuis: constans non pertinax.**

Mobilis esto, non leuis; constans, non pertinax.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.288, ll.54-55).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121vb):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Ad iram sis tardus.**

Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarenis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 8: De vindicta et clementia seu remissione proprie iniurie (fol.123ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Scito hoc magnum et honestum genus vindicte esse ignoscere.** 8. capitulo. **Esto vltor clemens: seuitie detestator.**

1. De inimico dices: “Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit”, et cum illum in potestate tua uideris, uindictam putabis uindicare potuisse: scito enim honestum et magnum uindictae esse genus ignoscere.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 3 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.5-8).

2. Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.125ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Eris magnanimus si pericula nec appetas vt temerarius nec formides vt timidus.**

Eris magnanimis, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides ut timidus.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 3 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.10-12).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137ra):

Auctor libelli de formula honeste vite. **Tunc consilia salutaria tibi aduoca cum tibi alludit huius vite prosperitas: tunc te velut in lubrico retinebis ac sistes.**

Tunc consilia tibi salutaria aduoca, cum tibi adludit huius uitae prosperitas. Tunc te uelut in lubrico retinebis ac sistes nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspecies quo eundum sit uel quousque.

Martinus Bracarensis, *Formula uitae honestae*, 2 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.278/280, ll.53-56).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Magnum animi bonum est: non tremere: sed constare sibi et finem huius vite intrepidus expectare.**

Magnum humani animi bonum est non tremere, sed constare sibi et finem huius uitae intrepidus exspectare.

Martinus Bracarenensis, *Formula uitae honestae*, 3 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.2-4).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 11: De diuina consolatione miserabilium personarum (fol.142va):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 4. **Ad misericordiam sis promptus.**

Severior esto iudicio quam sermone, uita quam vultu, ultor clemens, saeuitiae detestator, famae bonae neque tuae seminator neque alienae inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subripiunt oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus et humilis, occultator uirtutum sicut alii uitiorum, uanae gloriae contemptor et bonorum quibus praeditus es non acerbus exactor.

Martinus Bracarenis, *Formula uitae honestae*, 4 (L. Ranero Riestra ed., 2021, pp.288/290, ll.59-67).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quid mors non sit metuenda (fol.145ra):

Auctor libelli de formula honeste vite capitulo 3. **Magnum animi bonum est non tremere: sed constare sibi: et finem huius vite intrepidus expectare.**

Magnum humani animi bonum est non tremere, sed constare sibi et finem huius uitae intrepidus exspectare.

Martinus Bracarenensis, *Formula uitae honestae*, 3 (L. Ranero Riestra ed., 2021, p.280, ll.2-4).